



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Amor Deiparæ Virginis Mariæ; Petri Antonii Spinelli  
Neapol. Societ. Iesv**

**Spinelli, Pietro Antonio  
Coloniæ Agrippinæ, 1620**

Deiparæ deuotio est bonum honestum, vtile, ac delectabile, nu. 12.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60948](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60948)

Mulier ecce filius tuus. Virgo enim ad *Ioan. 19.*  
 nos iuvandos ex sua charitate permouetur, nosque suo materno affectu præuenire solet: cui tamen à nobis sedulò pro nostra tenuitate est respondendū, ideoque subiungitur: *Ecce mater tua*, sicut *Ioan 19.* autem S. Ioannes absque mora *ex illa hora accepit eam in sua* ita & nos statim in *ra statim* cordis nostri intima per singularem in *Virginis* Virginem pietatem, atque deuotionem *dandum* reuerenter eam accipere debemus: ipsa *cor.* *ve: ò iuxta illud ecclesiast. 15.* Non difficilem præbebit: *sed obuiabit nobis quasi Eccl 15.* *mater honorificata*: Matrem enim honorificatam eam appellat *Ildefonsus serm. Ildefons. 1. de Assumpt.*

V.

DEIPARÆ DEVOTIO EST BONUM, honestum, utile, ac delectabile.

12 **Q**uintò, Virginis Deiparæ deuotio triplicem illam rationem boni, honesti videlicet utilis, atque delectabilis (*de quo agit S. Thomas 1 part q 5. S. Thom. art. 6. ex ambrosio libr. 1. de offic. cap 9.* in se vna complectitur; quare in eorum animis, qui Virginis sunt studiosi non

B

decus

B. V. co.  
lere.

decus tantum, atque ornamentum, sed  
utilitatem etiam, atque dulcedinem parit  
maximam; ut ex hoc etiam capite pie-  
tas in Virginem omni ratione à nobis  
sit procuranda.

Honestum  
Eccl. 24.

Huic porro triplici bono, quod in de-  
votione ergo Deiparâ inuenitur, apran-  
tur, quæ Eccl. 24 de eadem virgine di-  
cuntur; ad bonum enim *honestum* spectat  
illud: Ego quasi terebinthus extendi ramos  
meos, & rami mei honoris, & gratia, ego  
quasi vitis fructificavi suavitatem odoris,  
& flores mei fructus honoris, & honestatis.

Vtile  
iucundum.

De bono verò *utili* mox subiungi-  
tur: In me gratia omnis via & veritatis:  
in me omnis spes vite, & virtutis.

Denique de *dulcedine*, ac suauitate:  
Spiritus, inquit, meus super mel dulcis, &  
hereditas mea super mel, & fauum.

PIETAS IN VIRGINE RATIO-  
nem habet boni honesti.

Ceterum ratione quoque hoc ipsum  
ostendamus. Et quod ad bonum *ho-  
nestum* attinet, non est nobis valdè la-  
borandum, ut illud in pietate erga Vir-  
ginem cumulatissimè reperiri probem⁹;  
cum ex superioribus perspicuum sit,  
hanc pietatem maximè omnes decere;  
quid

quid eam secundum Deum honestius,  
 vel quid magis creaturas omnes decet,  
 quam erga eam reuerenter affici, eam  
 singulariter venerati, quæ Dei omnium  
 creatoris vera mater est: quæ in nos tot  
 contulit beneficia, quam Angeli in cœ-  
 līs, *ut ca. 26. dixi*, officiosissime colunt: *Psal. 44.*  
*quæ ut cap. 17. ostendi* Patriarcharum de-  
 cus dicitur, quod ex illorū nobilissimo  
 sanguine procreata, maius illis ornāmē-  
 tum attulerit, quam ab eis acceperit; cu-  
 ius vultū omnes diuites plebis, nimirum  
 Sanctorum præcipui venerantur; cui, *ut*  
*ca. citato videmus*, ex persona humani  
 generis dicitur illud *Iudith 15. Tu gloria Iudith.*  
*Ierusalem, tu latitia Israel. tu honorificen-*  
*ria populi nostri.* Quocirca S. Stephanus Rex Hun-  
 garie maximo sibi suoque Re-  
 gno vniuerso duxit ornamento, cum  
 Hungariam Virginis familiam voluerit  
 appellari, *ut videre est in vita S. Gerardi*  
*Episcopi, & martyris apud Surium 24. Se-*  
*ptemb. necnon Hungari ex institutione*  
*eiusdem S. Gerardi Episcopi, & S. Ste-*  
*phani Regis, Virginis sanctissimæ nomē*  
*ex reuerentia minimè pronunciant, sed*  
*Dominam eam absolutè vocant.*

Religiosi quoq; ordines Deiparæ pa-  
 trocinio vsque adeo gloriantur, vt suam  
 erga eam obseruantiam ipso

*Varij Reli-  
 giosorum  
 ordines à*

*Virgine  
 nomen ac-*

*nomine, cepere.*

vel habitu, vel alia quapiam ratione testatam velint.

*Servitia.* Nam & *Servitiarum* ordo, propterea quod Deiparæ seruos se profitentur, nomen hoc ve è gloriosum (quod illius decus affert singulare) nõ fræ diuino nutu illi: nerunt: Cum & ipsi lactentes, atq; infantes eos, qui huic ordini initiũ dabant, aspicientes, *seruos Maria* vocarint, *B. Philipp* (inter hos lactentes recēsetur *B. Philipp* à *Tuderto* pus vulgo dictus à *Tuderto*, vbi quiescit (patria enim erat Florentinus) vix integrum à sua natiuitate annum explens, (qui postea eundem ordinẽ complexus, illius fuit propagator egregius.)

Quin etiam iisdem *Servitiarum* sanctissimæ Virginis iussu, in memoriam doloris, ac mœstitię, quam in Christi Passione ipsa Deipara pertulit, atrum habitũ accipere.

Nec desunt alij Religiosorũ ordines, qui à Deipara honorificam sibi appellationẽ detumpserunt, atq; hoc etiã nomine apud fideles magna in veneratiõne habentur, & candēti habitu, saltẽ aliqua ex parte in honorẽ puritatis Deiparæ vtuntur.

*Carmelita.*

*Montis Virginis.*

Eiusmodi est Ordo *Carmelitarum*, qui à *B. Virgine* à *Carmelo*.

Eorum, qui à *B. Maria* montis *Virginis* dicuntur; quorum ordinem *S. Guilielmus* circa annum 1120. instituit.

Eorum

Eorum quoq; , qui à B. Virgine à Mer- *B. Virgo à*  
 cede nomen acceperunt, qui ante tre- *Mercede.*  
 centos annos in Hispania primum ordi-  
 nem inchoarunt, postea in alias Prouin-  
 cias penetrarunt.

Ne non eorum, qui Religionem in *Religio in*  
 honorem immaculatę Conceptionis in- *honorem*  
 stituerunt, quorum regulam probarunt *Conceptio*  
 Alexand. VI. Iulius II. Leo X. eis priui- *nis immu-*  
 legia concedendo, vt videre est in om- *ulata.*  
 pendi Minorum, verbo Cõmunicatio. *Ordo Moz-*  
 §. 18. & verbo Conceptio §. 10. & 12. *tis Olineti.*

Inter hos cõnumerantur & Oliuetani,  
 qui in Virginis puissimę honorę albo,  
 atq; candenti habitu vruntur: cum enim  
 à Ioanne XXII. ad Episcopũ Aretinum  
 essent remissi; ab eo circa annũ Domini  
 1319. iussu Virginis beatissimę, quę Epi-  
 scopo apparuerat, albã vestẽ cũ Regula  
 S. Benedicti sub B. Marię protectione  
 acceperunt, quemadmodũ refert Paulus *Paulus*  
 Morigia de origine Religionum cap. 37. *Morigia.*  
 13. Quin etiam alię religiosorũ familię, *Religioso-*  
 quamuis alio nomine nuncupentur; pa- *rum fami-*  
 ri tamen animi sensu se eiusdem Dei pare- *lia. Deipa-*  
 famulos profitentur, se que sub eiusdem *ra prote-*  
 patrociniõ peculiariter degere gaudent, *ctione glo-*  
 quẽadmodũ de *Carthusianis*, de *Cister-* *riantur.*  
*ciensibus*, de *Ord. Prædicatorum*, qui præ-  
 ter alia, habitum etiam, quo vruntur à

B 3 Virgine